



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

Art. I. De Jurisjurandi Natura & Varietate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62656](#)



## TITVLVS XXIV.

### De Iurejurando.

**J**N defectum aliarum Probatio-  
num in judiciis non raro adhi-  
betur Jusjurandum, e. fin. ut  
non immerito maximum expe-  
diendarum litium remedium l. 1. ff. b/c,  
& omnis controversia finis esse dicatur  
ab Apostolo ad Hebr. cap. 6. v. 16. c. Et si  
Christus 26. relatō.

#### ARTICULUS I.

### De Jurisjurandi Natu- ra & Varietate.

#### S U M M A R I U M.

1. *Juramenti etymon & definitio.*
2. *Praestandum est per verum Deum.*
3. *Per falsos praestitum obligat,*
4. *Propter apprehensam in iis Divini-  
tatem.*
5. *Deus in testem aliquando explicitus:*
6. *Aliquando implicite invocatur.*
7. *Divisio Juramenti in Assertorium &  
Promiseorium:*
8. *In Judiciale & Extrajudiciale.*

**I**Usjurandum sive juramentum à Ju-  
re, quod istius instar custodiendum  
observandumque sit, ita nuncupatum,  
Corset. Tract. de Jurament. q.  
3. n. 5. ad mentem D. Thomæ 2. 2. q. 89.  
art. 1, à Cæteris TT. & JCT. is etiam

recepti, est Invocatio Divini Numinis in  
testimonium, sive, ut quidam loquuntur,  
ad fidem faciendam alicui assertione vel  
negationi, aut firmandam promissionem;  
jurare enim propriè dicitur, qui, cum ali-  
quid affirmat, negatve, aut promittit, ut  
sibi fides habeatur, Deum in veritate aut  
promissionis testem adducit, Covarruvias  
in o. Quamvis de Patris in 6. p. 1. pr. h.  
& Suarez de Jurament. Lib. 1. cap. 3. n. 1.

Numinis, inquam, Divini; quia pro-  
priè loquendō, per solum verum Deum  
juratur; cum enim juramento adhibe-  
di unica causa sit; ut is, cui id pra-  
statur, de assertione vel promissione  
securus reddatur testimonio & authori-  
tate ejus, qui invocatur: de assertione  
autem veritate & promissionis sinceritate  
fidelitatèque securum reddere non possit,  
nisi qui fallere & falli non potest, Verus  
Deus, qui prima, & fallere ac falli nequa-  
veritas solus est, solus assertiones & pro-  
missiones nostræ testis infallibilis est; ac  
proinde per ipsum solum praestari jura-  
mentum potest, ut cum S. Thoma cit. art.  
1. advertunt cirt. Covarruvias §. 1. n. 11.  
& Suarez cit. n. 1.

Cui doctrinæ in speciem, non re  
ipsa, adversantur can. Motet 11. 22. g. 1.  
& c. Ep. Christus cit. quorum texuum  
posteriori juramenta per creaturas, sicut  
præstari prohibentur; ita præstata juben-  
tur observari: priori per falsos Deos  
præstati iuramenti violatio pro perjurio  
habetur.

habetur. Re ipsa, inquam, non adversatur textus prior; quia per falsos Deos præstata, et si non vera, sed erronea jura-menta sint, iis tamen promissiones suas firmantem, propter apprehensam in iis, qui per ea invocantur, Divinitatem ob-ligant, non solum ex fidelitate, ad pro-missionis suæ etiam non jurata observan-tiam quemlibet adstringente: sed Cœum saltem, qui iis Divinitatem, ac proinde infallibilitatem inesse credit) ex Religio-ne, sub perjurii reatu quemlibet obligan-te, ne in falsi testem invocet, quem Deum & fallere ac falli nescium credit: &, ut opere impletat, quod eius nomine invoca-tō & autoritate interpositā promisit, eit. Covarruvias §. 1. n. 10. & aliis DD. §. relatis Barbosa in can. cit. n. 5. Neque etiam posterior; quia etiam in juramentis, per creaturas præstatis, Dei testimonium invocatur; cum Deus ita invocari possit non solum explicitè, sicut factū à S. Paulo, cum 2. Corinth. cap. V. 23. Testem, inquit, invoco Deum in animam meam, & ante ipsum à VV. Iudeis: post ipsum verò à S. Augustino Epistol. 137. ita rescribente, Eateor coram Deo, qui testis est in ani-mam meam: sicut hodièque multi nimis quām frequenti usu ita loqui solent, Testis est mihi Deus, Deus novit, rem ita se ha-bere, Per Deum ita se habet. Quām verē vivit, aut est in calo, Me puniat, si verum non loquor &c. Sed etiam implicitè, quo-modò jurant, eūmque in testem vocant Primi, qui assertioni suæ addunt verbum, Juro; quia idem significat, quod, Deum in testem voco, aut volo dictum meum confirmare invocatione testimonii Divi-ni. Secundi, qui aliquid affirmant, ne-gantve, aut promittunt bey ihrem Ayd; quia hæc verba serìa prolatæ ex recepta Germaniæ nostræ consuetudine idem significant, quod Juro: bey ihrer geistlichen Weyh / Fürst/ Priester/ oder Adelichen

Würden oder Ehren / cuiusmodi verba à jurantibus usurpata sensum habent: ita Deus hæc mihi conservet, aut hæc auferat, si mentior. Tertiò, Per sancta Dei Evangelia, Per S. Crucem, Per fidem Chri-stianam, Per SS. Sacra menta, hoc est, quām vera & infallibilis Evangeliorum & Fidei Christianæ à Deo revelata doctrina, quām certò humani generis Redemptio peracta in Cruce, aut Sacra menta ad necessariam sanctificationem à Deo sunt in-stituta. Quartò, Testes invoco cælum & terram; ita enim jurantes in testem vo-care censentur illorum conditorem, cu-jus in iis Sapientia, Potentia, Bonitas re-lucet. Quintè, Per animam meam a Vivius non abeam, Fulmine peream &c. cu-jusmodi verborum formulæ invocari cre-ditur Deus, qui animam perdere in gehennam & vitam adimere potest. Sextò, Per salutem Pharaonis, Per vitam Regis, quibus invocatur testimonium Dei, qui salutis & vita Regum est author & con-servator: de quibus aliusque usu familia-ribus juramentorum formulæ latè eit. Covarruvias §. 1. a. n. 16. Suarez cap. 5. & n. 3. Laiman. Lib. 4. tract. 3. cap. 2. & Pir-thing ad hanc Rabrie. a. n. 6. Sic declarati-

Juramenti variaz ex iisque celebriores duæ sunt Divisiones. Una in mere Assertorium & Promissorium: quorum prius præstatur præcisè: ut credatur esse vel fuisse, immo aliquando, et si rariùs, futu-rum, quod affirmatur, aut negatur, vg. Titium advenisse, esse Doctorem, non fuisse in loco, non occidisse: cuius spe-cies aliqua est Juramentum, quod Litis de-cisivum nuncupatur, & in Judicio pars, vel etiam iudex, parti litiganti ad litis de-cisionem defert. Posteriorius verò: ut cre-datur, nos id, quod promisimus, factua-ros vel omisuros, vg. fidelitatem serva-turos, ingressuros Religionem, non lusuros, domum, aut alium locum pe-riculo-

riculosum vitaturos: cuiusmodi jura-  
menta contractibus aliisque actibus fir-  
mandis adjici frequenter solent. Dixi,  
*Mere*, hoc est, sine aliqua promissione,  
ut juramentum Aſſertorium clariū di-  
ſtingueretur à Promiſſorio, quod etiam  
aliquō modō aſſertorium eſt; cū, qui  
aliquid ſe facturum juratus promittit, e-  
tiam aliquid aſſerat de preſenti, nimirum  
ſe habere voluntatem le obligandi & im-  
plendi, quod promittit, *cit. Suarez cap.*  
*8. n. 3.*

¶ Altera in Judiciale & Extrajudicia-  
le: quorum ilud in, hoc extra judicium  
præſtatur, *Sylvester V. Juramentum n. 3.*

### ARTICULUS II.

#### De Juramenti Hone- state.

##### S U M M A R I U M .

- 9. *Juramentum honestum & licitum eſt,*
- 10. *Etiā Christianis.*
- 11. *Modo ex iusta cauſa & debito modo*  
*præſetetur:*
- 12. *Et comitem habeat veritatem,*
- 13. *Judicium ac Iuſtitiam.*
- 14. *Jurare prohibentur Pueri,*
- 15. *Perjurii & olim non jejunii.*
- 16. *Clerici sine gravi cauſa,*
- 17. *Aut coram laico ſaltem regulariter.*

¶ **C**erta, imò Orthodoxæ Fidei do-  
ctrina eſt, juramentum non fo-  
lum non intrinſecē malum: sed,  
ſi ritè præſtetur, honestum ac  
laudabile eſt, ut conſtat. Imprimis teſti-  
moniū SS. Literarum, *Dominum Deum*  
*tuum tuum timebis, illi ſoli ſeruies & per*  
*nomen ejus jurabis*, *Deuteron. cap. 6. V. 13.*  
*Landabuntur omnes, qui jurant in eo,*  
*Plaſm. 62. V. 12.* Deinde VV; Patriar-

chatum Abraham, Isaac & Jacob, *Genet.*  
*cap. 21. 26. & 31.* & in nova ſeu Gratia  
Lege D. Pauli, teſtem Deum invocanti  
in animam ſuam, *Roman. cap. 1. v. 9. Galat.*  
*cap. 1. V. 20.* aliorūmque SS. PP. imò ipſius  
Domini Dei, qui teſte Regio Vate, *Jura-*  
*vit & non pauebit eum, Plaſm. 109. V. 4.*  
exemplis, Gentiumque omnium & lacro-  
rum prophoranūmque tribunaliū uero.  
Et demum ex ratione; quia ritè præſti-  
tum continent cultum & venerationem  
Dei, cujus infallibilem veritatem & lu-  
mīam authoritatē ſe agnoscere, colere  
ac timere profitetur, qui eum in veritatis  
teſtem vocat; quia nemo, niſi per maiorem  
ſe jurat, ad *Hæbraeos cap. 6. V. 13.* Quia  
utique cauſa eſt, cur Jure utroque Jura-  
menti Religio eſſe dicatur, *c. Tua noi II.*  
*l. 1. ff. huc & l. Jurisjurandi 2. C. de Rebus*  
*redit.*

Neque obſtant &, ut VV. quoru-  
dam Hæreticorum, à Waldensibus &  
Anabaptiſtis iuſcitatū error voluit, ju-  
menta intrinſecē mala, aut falſem Chi-  
ſtianis interdiſta eſſe, evincunt verba  
Chiſti, *Ego autem dico vobis, nolite*  
*jurare omnino, ſi fermō veſter Eſt Eſt, Non*  
*Non.* *Math. cap. 5. V. 34.* & Apolloni,  
*Nolite jurare quodcumque juſramen-*  
*tum,* *Jacobi cap. 5. V. 12.* quia verbi illi, ut  
cum S. Auguſtino *Lib. 1. de Sermon De-*  
*mini in monte, cap. 17.* S. Bernardo in  
*Cantic. Serm. 65.* à S. Thoma 2.2.9.8.  
*art. 2.* & ab Innocentio III, *c. Eſt Chiſt*  
*bus 26.* exponuntur, Chiſtus eſtque A. II.  
poſtulus non juſramenta, quibus, exigente  
neceſſitatis aut utilitatis cauſā luadente,  
ad fidem dictis & firmitatem promiſſio-  
nibus conciliandam, nomen Domini re-  
verenter invocatur: ſed illa ſolū juſra-  
menta prohibita ſunt, que ſunt temerit̄,  
hoc eſt, ex nulla vel levi aliquā cauſa, ut  
Judæi paſſim & male conueuerunt, con-  
tra Sapientis monitum. *Ueſtatione*